

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

dior: sed a forensi strepitu remotissimus. Referamus nos igitur ad eum quem volumus imitandum & eadem eloquentia informandum: quam in nullo cognouit Antonius.

Magnum opus omnino: & arduum Brute conamur: sed nihil difficile amari puto. Amo autem & semper amaui ingenium: studia mores tuos. Incendiosior porro quotidie magis: non de siderio solum quo quidem conficior ingressus nostros: consuetudine victus doctissimos sermones requirens tuos: sed etiam incredibili fama virtutum admirabilium quae specie dispar es prudentia coniunguntur. Quid enim tam distans: quam a seueritate comitas. Quis tamen unquam te: aut sanctior est habitus: aut dulcior. Quid tam difficile quam in plurimorum controuersis diiudicandis ab omnibus diligi: consequeris tamen ut eos ipsos quos contra statuas aequos placatosque dimittas. Itaque efficis: ut qui gratiae causa nihil facias: omnia tamen sint grata quae facis. Ergo omnibus terris: vna Gallia communi non ardet incendio: in qua fueris ipse te quam Italiae lucem cognosceres: versarisque in optimorum ciuium: vel flore vel robore. Iam quantum illud est: quod in maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrine: semper aut ipse scribis aliquid: aut me vocas ad scribendum itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto quem nunquam ipsum attigissem: tamen tuum inimica virtuti nisi tibi horum: & illi memoria mihi chara excitati non parere nefas esse duxissem: sed testificor me a te rogatum & recitandum: nec scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum esse crimine: ut si sustinere tantam questionem non poteris iniusti oneris imposita tua culpa sit: mea recepta. An quo tamen iudicium nostri errore: laus tibi dati munere copensabit. Sed in omni re difficilimum est formam quae character graecae dicitur exponere optimi: quod aliud aliis videtur optimam. Ennio delector quispiam ait: quod non discedit a communi more verborum: Pacuuius inquit alius: omnes apud hunc ornati: elaboratique sunt versus: multa apud alterum negligentius: fac alium Accio. Varia enim sunt iudicia ut in graecis: nec facilis explicatio: quae forma maxime excellat. In picturis alius horrida: inculta: abdita: & opaca contra alios nitida: lata: collustrata delectat. Quid est quo per scriptum aliquid aut formulam exprimas quam in suo quodque genere postet: & genera plura sint. Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsi: existimauique in omnibus rebus esse aliquid optimum etiam si lateret. idque ab eo posse qui eius rei ignarus esset iudicari. Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diuersa neque in vna forma cadunt omnia laudationum: scriptorum & historiae & talium suasionum qualem Socrates fecit Panegyricum mihi quod alii qui sunt nominati sophistae reliquarumque rerum formam quae absunt ab forensi contentione eiusque totius generis quod graece epideicticon nominatur: qua quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est non complectar hoc tempore: non quod negligenda sit. Est enim illa quasi nutrix eius orationis: quae informare volumus & de quo molimur aliquid exquisitius dicere. Ab hac & verborum copia aliter: & eorum constructio & numerus liberiore quadam frui licentia. Datur etiam venia concinnitati sententiarum & arguti certique: & circumscriptioni verborum ambitus concedunt de industria: quae non ea insidiis: sed aperte ac palam elaborat: ut verba verbis quasi demensa: & paria respondeant: ut crebro conferant pugnantia: contraria: & aut pariter extrema terminent. eundemque referant in cadendo sonum: quae in veritate causas: & rari multo facimus: & certe oculis in panathenayco. aut Socrates ea studiose consecutus fateri. Non enim ad iudicium certamen: sed voluntate aurium scripserat haec tractasse Trasimachum chalcidionum primum: & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde bizantium: multosque alios quos logodadalos appellat in Phaedro Socrates quorum satis arguta multa: sed ut modo primumque nascetur minuta: & verliculoque similia quae dantur: minimaque depicta: quo magis sunt: Herodotus: Thucydidesque mirabiles quorum etas quam in eorum tempora quos nominavi incidit: longissime tamen ipsi a talibus delictis vel potius ineptiis absuerunt. Alter enim sine vllis salubris quasi sedat amnis fluit: alter incitator ferit & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum primumque ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est: ut auderet vberius quam superiores: & ornatius diceret. horum utati successit Socrates qui preter ceteros eiusdem generis laudat semper a nobis nonnumquam Brute leuiter & erudite repugnante te. Sed credas mihi fortasse: si quid in eo laudem cognoueris. Nam quam concisus ei Trasimachus minutis numeris videretur: & Gorgias qui tamen primi tradunt arte quadam verba iunxisse: Thucydides autem praefator: nec satis (ut ita dicam) rotundus primus instituit dilatare verbis & mollioribus numeris explere sententias. In quo quam doceret eos: qui & partim in dicendo: partim in scribendo princeps extiterunt domus eius officina habita eloquentie est. Itaque ut ego quam a nostro Catone laudabar videri reprehendi me a ceteris facile patiebar. Sic Socrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere committere. Est enim (ut scis) quasi in extrema pagina Phaedri bis ipsis verbis loquens Socrates adulescens etiam nunc Phaedre Socrates est. Sed quid ille de illo augeret iubet dicere. Quid tandem inquit ille. Maiore mihi ingenio videtur esse quam ut cum orationibus Lysiae comparetur. Preterea ad virtutem maior in doles: ut minime mirum futurum sit: si quam aetate procellerit: aut in hoc orationum genere: cui nunc studet tamen quantum pueris reliquis prestet omnibus qui unquam orationes attigerunt: aut si contentus his non fuerit: diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inest enim natura his viri mente quaedam haec de adolescente Socrates auguratus. At ea de seniore scribit Plato: & scribit xquis & quod exagitor quum rhetorum hunc miratur vnum me aut qui Socratem non diligunt vna cum Socrate: & Platone errare patiunt. Dulce igitur orationis genus & solutum: & effluens sententius: argutum verbis sonans est in illo epideictico genere quod diximus proprium sophistarum pompae: qui pugnae aptius gymnasiis & palestra dicatum spectum & pulsum foro. Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia est ipsa: si postea colorat & roborat: non aliter num fuit de oratoris quasi in cunabulis dicere. Vix haec ludorum atque pompe: nos autem iam in aciem dimitationemque descendamus. Quoniam tria videnda sunt oratori: quid dicat: & quo quicque loco: & quo dicendum omnino est: & quid sit optimum in singulis sed aliquanto secus: atque in tradenda arte

Phaedra in